



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

7 An Rex in bello inferendo moueri possit ex opinione probabili, dicente
sibi illud regnum pertinere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

sibi non est esse contra Dei praeceptum: sed posse obedire: tamen infra iusta contingere possit casum, in quo etiā possit obedire, non tenetur. Exemplum de spolio non obstat: quia possesso rei, & proprietas illius distinguitur: statim optimè aliquem habere ius proprietas aliquare, care tamen illius possessione: & econtra: ac proinde potest aliquis probabilitate opinari rem ad se pertinere, non tamen probabilitate opinari habere illius possessionem, aut alium à possessione decubatur: quia sunt omnino distincta. At in praesenti idem omnino est dubitare, seu probabilitate opinari rem imperatam esse illicitam, vel excedentem superioris iurisdictionem, ac opinari non habere potestatem circa illam. Eodem modo satisfacere possemus exemplo de matrimonio: aliud enim est opinari matrimonium iniquum, aliud cuius est opinari alterum coniugem corpus tuum non possidere: possesso enim videatur certa, etiā proprietas sive ius opinione: & ratione possessionis certa alterius teneris reddere debitum potest, quantunque opacis matrimonium non esse, ut multis allegatis probat Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disp. 44. num. 3. & nos ibi dicemus. Secundū & clarissim reponere possemus adhuc coniugem probabilitate opinantem de valore matrimonij, non teneri redditum debitum potest, etiā possit: quia videtur idem esse opinari de valore matrimonij, ac opinari de legitima possessione alterius, cum nullas possit possidere coniugem alienum sed proprium; ac proinde si aliqui coniugi probabile est non est coniugem alterius, probabile est alterum non legitimè possidere, & consequenter reddere non teneri: id est in cap. inquisitione, de sententiā excommunicati, notariorum omis- sum est hunc coniugem probabilitate opinantem teneri reddere; solum enim dicimus debitum reddere posse, sed possidere non debet. Eficaciter ergo ex omnibus iis satis probabile subditum probabilitate opinantem mandatum superioris esse illicitum, vel excedens eius iurisdictionem, non est obligatum exequi, & tam absolutè defendit Ioan. Sanchez in fe-
l. disp. 3. à numer. 22. & Ledenia tractat. de los estados, vbi de religione in comun. cap. 4. conseruit en parte Suarez, tom. in 3. part. disp. 4. scilicet 6. numer. 9. in fine, vbi dicit teneri subditum obedere Praetato, quando sequuntur rationes probabiles pro vtaque parte. At si manifeste probabilitas est non esse licitum mandatum, vel extra eius iurisdictionem, valde probabile esse subditos excusatis: & clarissim id docet lib. 6. de legi, cap. 8. num. 3. & 6. vbi probat licitum esse ut episcopio, hoc est, interpretatione, seu emendatione legis ex probabilitate iudicio, quocies superiori conuenienti non potest: imo etiam conuenient posset, refert idem Suarez, n. 4. plures mon-
strant altere necessarium non esse recusatum ad superioris, si dubium sit de potestate eius, non de voluntate: quia tunc non debet interpretatio fieri ex voluntate superioris, & in calo quo dubium sit, contrariari eius praeceptum alteri legi superi-
ori, conuenient non esse necessarium obedire. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. n. 7. fauere videtur; quatenus dicit coniugem debet reddere debitum potest, dum non est certus per con-
sensum opinantium probabilitate matrimonium non esse: à fortiori idem diceret de subditis respectu Praetato, & clarissim lib. 14. de irregular. cap. 3. num. 3. com. lxx. X. vbi dicit in du-
bio esse locum episcopio. Idem tenet Corduba lib. 3. qq. qu. 13. ante regul. fel. 205. syllect. verb. Papa quæst. 16. disp. 2. &
conseruit Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 41. num. 37. vbi dicit, cum apparet. Doctores dicunt eis locum episcopie
in dubio, intelligendi sunt, non de dubio aequilibrio, sed de for-
midine, quando faciliter est probabile iudicium, licet cum for-
midine opposita. Sicut ergo ex probabili iudicio vti possit sub-
ditus episcopio, ac proinde non teneri obedit. Sayrus lib. 1. in claus regia, cap. 13. num. 41. dicit, quando est dubium proba-
bile, an licitum sit, quod superior præcipit, non semper esse illi obediendum. Ergo iam admittit casum, in quo ex probabili iudicio de iniquitate rei præcepta excusat subditus ab obe-
dientia. Eandem sententiam à fortiori defendere tenentur omnes illi, qui affirmant in calo dubio an sit licitum, vel illicitum,
vel excedens superioris iurisdictionem, non teneri subditum
exequi, quos disput. seq. referemus.

7 Sed inquires quid dicendum sit, quando opinio non tam ostitur ex re præcepta, quam ex potestate superioris, ut si opinio superioris non esse legitimum, quia non est legitimè ejus, an tunc sit certum te non teneri obedit?

Thomas Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 29. etiam in hoc casu affinitate etiā obligatum obedit, & meo iudicio, procedit consequenter: cum enim tua opinio, & dubitatio impediunt possessionem superioris non possit, sed illa opinione, & dubitatione non obstante illa est reputata superior, acquis illius ius imperat (potest), ac proinde etiā opinio non esse superioris, non potest opinari tibi imperare non posse, cum hec potestas à tua opinione non dependeat, sed omnino certa, & indubitate sit, quocies non constat de nullitate.

8 Verum in huncmodi casu mihi probabilius appetat te obligatum non esse obedit: quia tunc non est possitio certa superioris, cum de eius possessione probabilitate dubitetur.

Tua ergo opinio etiā non impedit possessionem superioris, & quod superior non tibi possit imperare: at redditum possessionem illius dubiam, & incertam, hoc est, solum probabilem, & consequenter ius imperandi probabile tantum. Hoc autem iure imperandi probabilitate non potest superioriē spoliare: at ex illo non sequitur te obligatum esse obedit absoluere; sed solum obligatum esse probabilitate obedit, & consequenter posse probabilitate non obedit; & ita in huncmodi casu defendant, etiā non satis consequenter te non esse obligatum obedit. Vsq. disp. 62. c. 6. fine, cum Gaftron. tom. 3. tract. de vita spirituali, lxx. 4. corol. 10. alphab. 6. litt. N. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unicus. 8. num. 78. Sayrus in claus regia, lib. 1. cap. 12. Lefluis lib. 2. de infit. cap. 42. dub. 9. n. 77 fine. Lorca 1. 2. tom. 1. disp. 26. 8. aduerte præterea. Ioaan. Sanchez, disp. 33. n. 32.

P V N C T Y M VII.

An Rex in bello inferendo moueri possit ex opinione probabili, dicente sibi illud regnum pertinere.

- 1 Si habet Rex opinionem probabilem, sibi licere urbem ab alio possedam occupare, poterit bellum pro illius occupatione mouere.
- 2 Si probabilitas sit ex parte facti, aut irris, nequit possessoria possessione ante datam sententiam deturari.
- 3 Proponitur quadam obiectio.
- 4 Apud quem est mouenda lis, & controversia definita. Examinantur varia Doctorum placita.
- 5 Non approbantur.
- 6 In hac controversia regnum esse dividendum aliqui affirmant. Sed eorum dictum non probatur.
- 7 Refutantur controversia, definitam esse item iudicibus regni presenti, quando non est controversia inter supremos Principes.
- 8 Explicatur amplius doctrina.
- 9 Idem dicendum, quando est inter supremos Principes.
- 10 In supradicto casu probabile est regnum manere liberum, & posse se modo reipublica exercepta gubernare.
- 11 Applicato regno à iudicibus designatis, potest cui est applicatum, illud intrare, & bellum mouere, si impediat. Excepte nisi sententia illa haberet appellationem, vel supplicationem, ut videtur admittendum.
- 12 Quod est ius probabile, & litigiosum, neque armis defendendum.
- 13 Quando alicui competit regnum certum, & alius est in possessione, monendum primo est, & rationes allegandas, antequam bellum inferatur.

1 **S**i atento iure est probabilitas opinio litera Regi vibem Sab alio Rege possedam occupare; nemini est potest dubium posse iure intentare possessionem, esti ab alio possidente impeditur, bello vindicatur: ita Ioaan. Sanchez disp. 44. num. 58. Et consenserunt omnes illi, qui affirmant licitum esse opinionem probabilem sequi. Neque obstat alium iustè possidere, qui non iuste possidet absolute, sed solum probabilitate, ac proinde decubatur potest à possessione: quia spoliator probabilitate existimat alium nos habere ius possidendi.

2 Verum si probabilitas sit ex parte facti; seu iuri, quia scilicet ex scripturis, vel testibus, vel aia colligit sibi vibem competere, si potest facilius diligenter res est solum probabilitas & alter est in possessione, nullo modo potest illum à possessione deturbare: ita Francic. Vict. de iure belli, reletz, de Indis, & n. 227. Vsq. 1. 2. disp. 64. cap. 3. n. 1. Salas tract. 8. disp. unic. scilicet n. 1. 2. 8. Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 103. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 17. n. 7. Ioaan. Sanchez pluribus relatis supra n. 58. Ratio est, quia alius iustè possidet. & ratione possessionis efficacius ius habet in vibem, quam alius, qui possessione careret. Item in pari causa, seu dubiis, melior est conditio possidentis, & pro illo direntur sententia. Injustum ergo est à possessione deturbare.

3 Dices, Princeps ille supremus, qui ius solum probabilitas habet in vibem ab alio possediam, debet ius illud omittere: non enim debet esse inferioris conditione, quolibet particulari. Si ergo quilibet particularis cum ius habet probabile ad maioratum ab alio possediam, potest item mouere aduersus possidentem, ut causa examinata applicetur maioratus habenti efficacius ius, etiam potest hic Princeps supremus ius probabile habens in vibem ab alio possediam, item mouere aduersus possidentem à possessione expellere; quod si resistat, armis vindicare.

4 Respondeo posse item mouere. At difficultas est apud quem sit mouenda lis, & controversia definita? Nam quod aliqui dicunt quilibet supremum Principem ius habere pronunciandi sententiam, & sententia in sui favorem prouincia

nuntiata, & adiudicato sibi regno posse regnum occupare, & armis, si opus est propugnare, mihi nullo modo probatur, si de sententia proprie dicta, ferme ita. Primo, quia ipse supremus Princeps superior non est alio iurisperito de regno concidentem. Ergo non potest index esse illius, illumque sua sententia ligare. Secundo, alius contendens non tenetur apud hunc rationes sue iustitiae allegare, quomodo ergo contra inuiditam partem potest iustitia ferre sententiam; & ita tenet Valquez, illo cap. 3. num. 12. & Salas num. 123 reputantque contrarium improbabile. Quapropter alij dicunt supremum Princeps de regno cum alio tertio contendentes, sed non possit aduersus illum sententiam ferre, potest ita tamen iustitiae sui regni consulere. Quod si ipsi dicant efficacius ius habere ad regnum virtute huius maioris probabilitatis posse regnum possidere, & si impeditur a possessione, armis iuriarii vindicare, ita tenet Victoria supra, etiam quando alius est in legitima possessione, & Suarez de chari. dispu. 13. de bello, sect. 6. numer. 2. Villalobos tom. 1. sum. trax. 1. diff. 17. num. 7. & 8. Ratio esse potest, quia index pro illo, qui ius efficacius habet, debet iuramentum ferre, est enim sententia actus iustitiae distributio, in qua dignior est preferendum. Est autem dignior, cui probabilitas ius fuerit. Ergo pro illo erat sententia ferenda. Loco autem sententiae ferenda in supremis Principibus succedit declaratio maioris iuris, & probabilitatis. Ergo facta haec declaratione quasi per sententiam, sibi est regnum adjudicatum. Potest ergo tunc illud tentare possidendum, & impediendum armis oppugnare. Item facta haec declaratione iura non sunt paria, ut melior sit conditio possidentis.

5. Verum hic modus dicendi (etsi probabilis) mihi non satisfacit. Negati enim non potest alteri Principi suos etiam Consiliarios dicturos efficacius ius habere in regnum, praecipue cum illi fuerit possessor. Quod ergo consilium ex his est executioni mandandum? Nulla ratio est, quare magis vnum, quam aliud; utrumque autem mandari executioni non potest, neque ratio naturalis dictare potest, vt mandetur executioni consilium illius, qui potentius futilitas ius regnandi ex armis metierund est: quod barbarum est, & contra naturam rationalem, illeque si certetur efficacius ius habere, qui potentior armis est.

6. Propter haec dicit Barnes 2. 2. & quæs. 40. art. 1. dub. 4. dub. 5. concil. 3 & Eman. Rodriguez in summ. cap. 124. n. 3. conclus. 2. Villalobos tom. 1. trax. 1. diff. 17. numer. 4. pro qualitate dubi regnum dividendum esse, & vnum principi alteri recompensationem facere debet, quod si diuisione, seu recompensatione non contentiat alius, opugnari posse. Sed neque haec mihi probatur. Nam, ut benebat Molin, tom. 1. de inst. trax. 2. dispu. 103. §. mihi vero Salas supra numero 130. quia est in possessione legitima, nunquam cogitur rem cum alio dividere, aut recompensationem facere, neque index qui non est arbitrius ad hanc diuisiōnē, seu recompensationem, solet litigantes cogere: non est ergo condensus, qui regnum possidet. Et licet iuste possidens cogaeat aduersarijum efficacius ius ad regnum habere (quod difficile est, & raro contingit), si tamen ei certum non est facta diligentia requita, & semota omni passione: adhuc existimo probabilis obligatum non esse regnum dividere (etsi contra affirmat Molin, §. illud libenter), quia ratione possessionis vincit quodlibet ius alterius probabile, neque tenetur se a regno, vel parte illius solitare, quoque sententia adueniat, quæ ut lites ventur, & pax constituer, solet vni potius, quam alteri tem applicare: etsi eterque feret æquale ius habeat. Item estet non leuis controvèrsia in assignanda parte, quæ tradenda esset contrario. Addit regnum dividere contra consilium ipsius regni, grata malum, & perniciem regno esset: non est ergo admittendum. Quæ ratio etiam probat, neque ante illius possessionem esse regnum dividendum, sicut nec maioriatus dividitur, cum duo super illo contendunt. Est ergo controvèrsia alio modo desiderienda.

7. Dicendum igitur est: si litigantes super aliquo regno, patres sunt ipsius regni, illique subdit, tenetur iurisdictio regnifacere: quia ipsum regnum index est talis controvèrsia, sic Villalobos supra numer. 19. Molin, §. quando autem, Villalobos supra num. 7. circa finem. Si vero vnu sit supremus Princeps, & alius qui forte possidet, pars regni prætenit, existimat Valquez supra & Perez numer. 105. circa finem. item decidendam esse ab ipso regno, hoc est ab ipsis, qui mortuo Rege ex electione, cipiuntur habent ius gubernandi. Nam cum illa controvèrsia definita debet legibus ipsius regni, & legum illarum nullus videatur legitimus intercessus præter regnum ipsum, ab ipso regno debet definiti. Neque oblat sibi supremum Princeps nemini subiectum, nam illa causa regno subiici debet: sicut subiectus Galius legibus, & iudicibus Hispanie, cum contra Hispanos de aliqua hereditate Hispanie contendit. Huic modo dicendum non requiecit Molin, §. adverte, neque Suarez de chari. dispu. 1. de bello, sect. 6. numer. 6. quia sapienter Princeps supremus suscepit habet judices externos, neque tenetur statu iudicio eorum, quos ipse non constituit ad iudicandum.

Affirmat ergo Molin, non esse definitam rem iudicio regni, sed tractandam esse, ac si inter duos principes supemos, vel duas republicas exemplas agitaretur; quia ille Princeps supremus non videtur teneri se subiecte sententiae iure a republica. Mihil tamen sententia Valquez magis probatur adhibita eius moderatione, scilicet quemlibet ex litigantibus posse iudices ordinarios regni reculare, si eos suspectos sibi esse prudenter existimat; neque enim ius quod quelibet persona particularis habet, negandum est nisi litigantibus: quod si in tali re cognitione & affligitione aliorum iudicium non velit alius contentire, potest iniuriam sibi factam armis vindicare.

8. Ex his fortiori inferitur, si ius mouetur super aliquo comitatu lubido alicui regno, vel Regi, omnes litigantes, cujus sine Princeps supremi, teneri statu iudicio illius regni, Regi, sub cuius ditione comitatus illius est positus. Nam cum controvèrsia haec definita debet aliqua regula, & haec non possit esse alia, nisi leges ipsius comitatus, harum autem interpres est ipius comitatus, qui potest esse alius magis legitimus, quam qui eas condidit, efficit laic iudicio illius standum est. Deinde occupans comitatum subditus efficit illius regni, sub cuius ditione est. Ergo debet Regi ostendere titulum suum, qui potest esse eius terram, alias dum Regi non ostenditur, potest Rex illam a suo territorio expellere. Est ergo res desueta ab ipso Rege, & ita tradit. Valquez illa dispu. 64. n. 18.

9. Quod si controvèrsia sit inter Principes supremos, aut republicas superiores non agnoscentes, & nullus est in legitima possessione regni, & pro viraque parte sunt variae rationes, neque est evidens, cujus ius regnum adjudicandus: affirmat suar. sect. illa 6. n. 4. communio sententiam esse, vnu quemque habere ius ad primo occupandum, neque esse inconveniens fieri bellum iustum ex viraque parte, cujus interponatur ignoratio. Ratio adducitur, quia in tali casu potest iudex, cui vellet, regnum applicare. Ergo quilibet supremus Princeps sibi applicat. Verum hic modus dicendi a Suarez non probatur, nec mihi probandas venit. Nam esti iudex ob seruandam pacem republicas potest vnu ex litigantibus rem applicare, tamen efficacius ius non habeat, sed solum æquale, (quod non est certum). At quilibet Rex applicare sibi non potest, quia vnu applicatio non excludit alterius applicationem. Ergo ratio naturalis non potest vit: que tribueri ius integræ rem illi viadicandi Debent ergo Reges ij ab aliquo tertio expectare definitioem. Neque quilibet Rex ex consilio sapientium sibi moueri potest ad regnum occupandum, quidquid dicit Suarez n. 6, quia sequitur idem inconveniens, ac si quilibet Rex sibi lignum applicaret. Quocirca, vt supradicbam, definita est controvèrsia à iudicibus ipsius regni vacantis, vel si aliquis ex litigantibus eos suspectos habeat, & recusat, debent iudices arbitrii designari, quorum iudicio standum est, neque incertum bellum moueri potest, cum nullus alteri iuriarius faciat, quæ debet bello viadicari: sic Valquez supra n. 18. Ioan. Sanch. dispu. 44. n. 56. Quod si duratur huiusmodi dubio neque res decisa per sententiam arbitrii, aut per compositionem vnu tentaret regnum occupare, aliamque excludere, hoc ipso iniuriam alteri faciet, quam posset iuste repellere, & co tali iusti belli rem totam occupare: sic Suarez sect. 6. n. 4.

10. Aduento in huiusmodi casu probabile esse regnum manere liberum, & potest le modo republica exempta gubernare, aut Regem alium ex litigantibus eligeat: ita docuit Salas 1. 2. trax. 8. dispu. 10. sect. 13. n. 128. Ratio videtur efficiere enī litigantes ius in certum habent, videtur respiciatur sucedere, vnu carens certo successore: neque tenetur alteri illorum regnum adiudicare, cum non sit certum illi debet. Dividere autem regnum inter litigantes, & in grauem periculum re publica cedet, cuius dannum præcedendum est cuiuslibet speciei.

11. Causa igitur apud iudices regni vacantis, vel arbitrios agitata, & adiudicato regno vnu ex litigantibus, potest ipse, pro quo sententia lata est, illud occupandum iactare, erit condemnatus resistat, bellum aduersus illum mouere: quia tunc ius est illi certum evidentia legali. An autem debeat expectare ultimam sententiam, variat Doctores. Perez certam. 10. scho. 1. n. 10. affirmat non esse obligatum expectare ultimam sententiam, eti danda est, sed eo ipso, quod pro illo est data sententia aliqua, efficiunt ius firmius habere: quando autem certum est pro aliquo ius firmius esse, potest rem intrare possidendum, & tenetur in idem conferre Suarez dispu. 13. sect. 6. n. 2. Mihil tamen probabilis appetit, si sententia illa appellationem, seu applicationem admitteret, non posse virtute illius regnum intrare possidendum, alia ut quid expectanda est ultima sententia: Et appellatio executionem sententia non sufficeret, si non obstante supplicatione, vel appellatione armis exequitur.

12. Sed inquires quod ius censendum est probabile, & legitimum, neque armis defensendum?

Respondeo quando apud iurisprudentes probabile censetur, eti negotiorum inter particulas agitaretur, nullus censetur contra iuritiam item mouere: ita tradit Valquez illo cap. fin. & Villalobos 1. 1. sum. trax. 1. diff. 17. n. 2. ult. fine.

13. Vnde

15. Ultimo pro hac materia dicendum est, quando aliqui certior est regum sibi competere, & alius in legione posse fuisse existit, monete debet possessorum, vt dimittat allegatis causis, & rationibus sui iuris: teneatur enim virare bellum in quantum potest. Quod si monitus noluerit acquiescere, poterit oppugnari. Nam in huiusmodi casu datur iusta ratio bellandi, quae est iniuriam imminentem propulare, vel factam vindicare: in tali casu possessor facit injuriam, citio illam non cognoscet. Ergo habet supremus Princeps ius illam propulsandi, seu vindicandi, & cum nulla alia via id efficiere possit, nisi bellando, bellum illi concessum est: sic omnes Doctores, Valsq. Molin. Salas, Villalobos, Perez, Victoria, supra.

PVENTVM VIII.

Quam probabilitatem de iustitia belli debeat habere miles, vt possit, teneatque militare.

1. Vbi non constat de belli iniustitia, possunt subditi milites obediere. Et qui iij sint.
2. Non tenetur inquirere de iustitia belli, si nulla eis dubitandi ratio sit proposita. Secus se grauis dubitandi ratio preparatur.
3. Milites non subditi pugnare non possunt, nisi eis de iustitia belli constet secundum communem sententiam.
4. Valde probabile est eodem modo hos milites bellare posse, ac subditos.

Sexto potest esse de militibus subditis Regi bellum inferenti, vel de militibus non subdatis. Si ferme sit de militibus subdatis, quoties illis non constat de belli iniustitia, possunt obediere: quia tunc presumere debet bellum esse iustum, estque expresa est August. in quid culparur, 23. quath. 1. & ita docent de hoc casu alii allegatis Valent. 2. 9. 40. art. 1. disp. 3. q. 15. p. 2. Valsq. 1. 2. 9. 19. disp. 66. c. vlt. Molin. om. 1. de iust. vniq. 2. d. p. 1. 3. concil. 3. Nauart. lib. 2. de restit. c. 3. in non. edit. 2. p. dub. 12. à n. 260. Thom. Sanch. lib. 6. in Decal. c. 3. n. 1. Salas 1. 2. tr. 8. disp. unio. 2. 6. p. 166. Villal. tom. 1. r. 1. diff. 12. Suarez de char. 1. 2. p. 13. de bello, scđ. 6. n. 8. Nomine subditorum, vt in bello possint pugnare, & teneantur ad superioris praecipuum, communiter intelliguntur milites alienigenae metende conducti, qui continuis stipendiis sub eodem principe degunt tam tempore belli, quam pacis; enim reputantur tanquam fama, qui iurius dominis tenentur parere cum de iniustitia non confundantur docent Nauart. summe. 15. Caetan. in summ. verb. bellum, p. 11. & 2. 2. q. 69. art. 1 circa obs. ad 4. dub. 2. Valen. supr. 2. vers. si autem miles Salas n. 268. Th. Sanch. 2. 16. Molin. supr. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. d. ff. 18. n. 2.

2. Major difficultas est, an iij subditi teneantur inquietare de iustitia belli, atque cum militent?

Respondeo cum Suar. supr. scđ. 6. n. 9. si dubium sit negavimus hor est, si nulla specialis ratio de iniustitia illis reperiatur, possint: autoritate sui Princeps militare, in modo tenentur, si praecipio cogantur nulla facta inquisitione: quia bellum indicatum a Princeps supremo, praelatum debet iustum, vt tradidit Macardus verb. bellum. n. 4. Menochus us de presump. lib. 6. pra. samp. 96. n. 7. Neque executor sententiae tenetur de eius iustitia inaequale: graueque onus impositum est subditi, si iustitiam tenentur examine, & fecerit illis effector impossibile veritatem afferre, cum raro conuicta rationes bellandi omnibus manifestentur. Verum si subditi dubium habent possumus, hoc est rationes probabiles pro virtute pace de iustitia belli, possunt se illis conformare: non tamen exstimo teneri, ob ea que supradiximus, subditi obedire: quando probabilem opinionem habet iniustitia esse praecipuum. Quod si rationes ita sunt vrgentes de iniustitia belli, vt subditi neque illas sollete, tenetur tunc aliquo modo veritatem inquietare, ne se particulo morali iniusticie exponat, ita Suarez. supr., & addit hoc omnis non esse facit subditi imponendum.

3. Verum si milites subditi non sunt, certum est non tenentur obediere. An autem possit causa non examinata, difficultas est.

Communi sententia docet non posse, nisi certi uide mo-
tus illi, constet bellum iustum esse, ita Thom. Sanch. supr.
Molin. disp. 12. 4. in prim. sylvest. verb. bellum 1. o. 9. & Caetan.
ib. Ratio est, quia ex bello grauissima damna oriuntur. Ut au-
tem illa possint inferri debet in infirmitate moralis adesse, certi-
tudo de iustitia. Ij autem milites cum subditi non sint, non tam
executores, quam infirmitates debent nominari. Item probari
potest ex reg. 1. 9. de reg. in. 6. ibi. Non est sine culpa qui rei,
qua ad eum non pertinet, si maneficer; tci, inquam, periculo, &
que alieni damnum inferat.

4. Nihilominus valde probabile est eodem modo huius-
modi milites bellare posse, ac possunt subditi; neque aliquam
est inter illos differentiam, teneat expressè vicit. à n. 24. Suar.
disp. 12. scđ. 6. n. 12. Valsq. illo c. 13. & inclinat Nauart. illo
dub. 12. Ratio est, quia cuique licet est alterum iuvare in
Ferd. de Castr. et Sum. Mor. Pars. I.

te, quae presumitur iusta, praecipue cum non leue emolumentum inde accipiat. Cum igitur bellum presumitur iustum dum de iniustitia non constat, efficaciter posse quemlibet in illo iuvare. Et ex iis solvitur supradicta ratio. Fatoe enim ex bello grauissima damna oriuntur, id est in autore illius mortalem requiri certitudinem de iniustitia; at in iuvante sufficit, si probabile sit habe etiitudinem in autore esse. Debet autem esse probabile, quod est de iniustitia non constat: & Princeps vir Christianus, bonorum estimationis habetur.

Ad reg. 19. respondeo cuiilibet militi importare locare operas suas in bello, neque se immisceret rei pericula, moraliter, cum ex probabili opinione operetur. Quia omnia à fortiori procedunt in bello non prius agressivo, sed defensivo: in hoc enim claram est sufficiens militibus iustitiam aggrediatis incognitam esse: ut merito probabilitate judicent adiuuare posse se defendentem: id est quod causé dicitur D. Ambrosius relatus in cap. denique. 14. quæst. 5. si non potest (ubueniri alteri, nisi alter laudatur, commodus esse neutrum iuvare: non dicit non posse ei iuvare alterum, se commodus esse abstineat. Quod si in adiutorio per intercessionem, de quo ibi, consilium est abstinere à subuentione unius cum uelione alterius, à fortiori in adiutorio per bellum. In neutro tamen est obligatio.

PVENTVM IX.

Quam opinionem debeat sequi Medicus in me-
dicamentis adhibendis.

1. Tenetur Medicus medicinam certam, relieta probabili, & dubia adhibere insieme.
2. Quando nullum medicamentum est certum, tenetur Medicus probabile adhibere, & illo deficiente, applicare dubium.
3. Illicium est experientiam facere in infirmis, an sint me-
dicamenta salutaria, vel nociva.
4. Affirmant aliqui licet medicinam, de qua quædatur dubitatur, an profutura, vel noctura sit, applicare infirmo desperato.
5. Negantur intentione communior est, & probabilius.
6. Satisti fundam, n. 4. adducto.
7. Negant plures licet Medico vti medicina, quam minus probabiliter credit profuturam, relieta ea, quam pro-
babilius credit.
8. Contrarium ut probabilius defendatur.
9. Potest Medicus agris consulere medicinam, quam alii doctio-
res salutiferam putant, et si ipse eis non assentiantur.
10. Afflentes infirmo peccant, si relieta remedium, à Medico
assignatis, uenunt iis, qua sibi videntur.

IN medicinis adhibendis alia reputantur certi allatæ sa-
luti, alia cùm probabili, alia sub dubio. Vi ergo certa ab incertis separarentur, primò certum est, apud omnes tenetur Medicum adhibere agroti, si potest medicinam certam, relieta probabili, & dubia: quia tenetur ratione sui offici, & charitatis agrotantis salutem propescere, & nullo modo cum periculo exponere, in rituque infirmis conquerentur de Medico potente secum medicamentum applicare, si applicet solum profuturum medicamentum, vel profuturum medicamentum, si applicet solum probabile. Neque obstat quemlibet posse sequi opinionem probabile, ut possit Medicus relieta medicamento cer-
to uti probabili: non enim est opinio probabiliis de tali viu, eti-
si opinio probabiliis de uilitate medicamenti.

Secondo, quando nullum est medicamentum certum, tenetur Medicus probabile adhibere, & quando nullum est probabile, tenetur dubium, modò certum sit medicamentum minime nocturum: quia tunc nulli periclio infirmum exponit, & ex alia parte potest illo remedio adhiberi ab infirmitate li-
berari. Ego est applicandum: ita Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 9. n. 42. cum Valent. 2. 2. disp. 3. q. 10. punct. 2. col. 665. vers. altero modo. Quando dubium aquæ est, an nocturum, vel profuturum si medicamentum, decimus statim.

Tertiò est certum, illicium est Medicis experientiam facere de medicamentis, an sint salutaria, vel nociva, etiam in rituotis desperato. Tum quia nemini licet morte proximi scientiam confequi. Tum etiam quia sic operans dubius est, an mortem acceleratur si medicamentum. Ergo quantum est ex se, accelerationem intendit. Ergo peccat, si docet Azer. lib. 1. infit. moral. cap. 17. quæst. 1. Corduba lib. 3. quæst. 5. Anton. Perez certam. 10. scholast. num. 87. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. diff. 16. n. 1. & 4. Valsq. 1. 2. disp. 64. cap. 4. Salas ibid. tract. 8. diff. unio. scđ. 14. num. 136. circa finem. Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 38 Nauart. summ. cap. 2. 5. n. 61. Sayus lib. 1. in clavis regia. cap. 10. n. 6.

Dux duplex tamen est difficultas. Prima an licet agroti, de cuius salute desperatur, medicinam dubiam applicare, id est, de qua aquæ dubiatur profuturam, an noctura sit? Affir-
mant ut probabilius Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 39. cum Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 10. punct. 2. vers. non improbo, col. 64. Mouentur, quia ex applicatione huic ce-

B Medicus

DE
CASTRO
PALACI
TOM.
LIB.
E